



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Praxis Cvræ Pastoralis Præcipve Circa Repentina &
Generaliora**

Possevino, Giovanni Battista Bernardino

Coloniæ Agrippinæ, 1645

Confessarius quomodo se geret cum ijs, quos absoluere non poterit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42220

id Pœnitentiarum , vel ad nos , pro absoluendi potestate impetranda recurrat.

Confessarius quomodo se geret cum ijs, quos absoluere non poterit.

Sipœnitens extra ciuitatem sit, taleque negotium sit, vt ipse Confessarius à Vicario nostro foraneo , aut alio in ijs locis ad similia decidenda à nobis deputato subdelegari possit, ab iis absoluendi potestatem legitimam impetrat, vel pœnitentem ad eos remittat, nisi forte nec ipsi à casibus reseruatis absoluendi potestatem à nobis haberent, aut casus iste sub eorum licentia comprehensus non sit, hoc tempore, si pœnitens Mediolanum venire possit, horretur eum vt id faciat ; quod si ad id inducere non possit, petat ab eo veniam, dictum casum nobis, vel Pœnitentario maiori literis , aut verbis indicandi, quatenus absoluendi ab eis potestatem impetrat: quod cum faciet, & rem ipsam literis committet, prudentiam , cautionemque summam exhibeat necesse est, ne ullo modo in aliorum notitiam venire possit: at vero si causa tanti momenti esset, vt si litteræ vel perdantur, vel intercipiantur , maius aliquod pœnitenti in commodum immineat, tum Mediolanum Confessarius iubeat ipsum proficisci, nisi forte consultum videatur, vt ipso veniar alterius nomine.

Ceterum in negotijs similibus prudentius facient, si recta ad Pœnitentiarum maiorem, quam quoquam aliò recurrent, vel eo pœnitentes suos dirigant; specialiter enim à nobis ad id constitutus est ille, cum ampla etiam potestate alios subdelegandi in ijs omnibus negotijs, quæ pro ca-

Ff suum

suum reservatorum absolutione difficultia oecurrunt. Quod si ipse Pœnitentiarius à tali casu possit absoluere, tum modum illi prescrivimus, vel à nobis, vel a iudeo unde necesse sit, remedia talibus negotijs opportuna adhibendi.

Si pœnitentem aliquo excommunicationis viuculo reperiat ligatum, serio commonefacies eum pœnæ excommunicationis, & quæ gravitas illius, quamque periculorum in ea perseuerare, quantaque cum diligentia fugienda sit excommunicationis: quod commodè fiet, si effectus illi demonstret nonnullos excommunicationis.

Interroget utrum sciat hæreticum aliquem, vel de hæresi suspechtum, vel simile quipiam, quod iuxta vel nostra edita, vel eorum, qui Inquisitores vocantur, leges denunciare teneatur. quod si pœnitentem ad tale quid aperiendum cognoverit teneri, curet ab eo satisfieri; ut si negligentia sua factum est, postquam apud eum hæretici, vel suspecti de hæresi alicuius notitia fuit, ut terminus his denuntiationibus praefixus transferit, eo articulo iubebit, ut licentiam impetreret, qua absoluui possit: non enim satis tempestiuè perfecit denuntiationem ut debebat.

Quando Confessio reiteranda.

Circa confessiones antegressæ vitæ, debent ex interrogations fieri quæ sunt ad cognoscendum necessariæ; Num aliquo in peccato erratum sit ab integritate confessionis ob quod nullius ponderis, neque virtutis extitissent ceteræ confessiones, ac proinde reiterandæ essent. Exempli gratia, si pœnitens alicui confessus sit, qui eum absoluere non potuerit, vel qui

legi-